

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Disputatio Secunda De Religione Eclectica Seu Prudentum ad Locum 1. Thessal. V.21**

**Hardtschmidt, Johann Nicolaus  
Winter, Johannes Christoph**

**Argentorati, 1705**

**VD18 11641991**

Porisma X

**urn:nbn:de:bsz:31-105849**

sehe/ so finde ich wol ein Geschrey vom Wort Gottes und den Sacramenten / aber die Liebe ist weder bey den Lutheranern/ Reformaten/ Pietisten/ Papisten noch andern; und also schlicse ich/ diese - - - ist nicht die wahre Kirche/ und ihre Religion/ nicht die wahre Christliche Religion. *Consentiunt hæc cum Donatistarum placitis, quæ ex Patribus allegat b. D. Bebelius Antiquitat. Eccles. Secul. 4. Tom. prior. p. 903. Ex Verbo & Sacramentis nascitur fides; quæ & ipsa dat esse Christiana: non enim personarum dignitate, sed fide Christianisum insigniri, certum est. Gregor. Naz. Orat. XXX. & Ambros. l. 1. de Sacram. c. 1. — Vapulabant igitur Donatista, ex cæco obsequio Christianum æstimantes, ab Oprato Milevit. l. 3. p. 113. dicente: Et ille vobis videbitur Christianus, qui quod vultis fecerit; non quem fides adduxerit. Quorum capitalem errorem idem describit ex Optat. Milevit. l. 2. p. 40. In hæresin schisma verterunt, tanquam Ecclesia Christi propter crimina Cæciliani, seu vera, seu quod magis iudicibus apparuit, falsa de toto terrarum orbe perierit, ubi futura promissa est, atque in Africa & Donati parte remanserit in aliis terrarum partibus quasi contagione communionis extincta. Conf. plura apud b. D. Bebel. libr. cit. Tom. poster. sec. 4. art. XI. §. 137. p. 1260. Hæc autem Electio tandem, dum libertatem sibi sumit ex omnibus quod verissimum videtur, (das am wahrhaftigsten deuchtet) sumendi & credendi, dum omnes impuritatis accusat, ansam præbet dubitandi, an ulla sit? quod, quid aliud est, quam Atheismo præbere occasionem, qui sine religione est; quam non habet, etsi ex pseudo-politicorum consilio, illam colat.*

Porisma  
X.

PORISMA X.

*Ultimo ex his relinquitur, quod Religio Eclectica Autoris scilicet, ficta sit Religio, verbo DEI nec præcepta, nec commendata, nec in loco Paulino 1. Thessal. 5. 21. fundata. Non denegamus homini libertatem scrutandi & eligendi, sed restringimus ad verbum DEI unicum, sub eo fine, ut certitudinem fidei habeat, non fluctuet semper; neque in iis quæ ad salutem necessaria non sunt, adimimus libertatem homini Christiano, ubi extra casum scandali & in tuto res posita est. Sed religionem talem Eclecticam, (qualis in philosophorum placitis & in usu est electio) verbo*  
DEI

DEI existit  
sunt dicta  
libertate p  
man in and  
ctionem du  
de vultmeh  
Quemadmo  
sola revelat  
dico necessa  
gnoscendum  
xille & juxta  
dam libertas  
autoutantur  
plinis, in qu  
pns recedunt  
prima theora  
quamvis neg  
nam damnat  
centiorum p  
principio &  
dubitandum  
pnta etiam se  
cis nullum v  
hanc libertat  
litem sunt n  
damnationem  
litationem h  
tum est. Ron  
nullibi præc  
li verbo me  
commendav  
Expof  
deductisqu  
um poterit  
fit brevitate  
de Religione  
hominibus

DEI existimamus non esse congruam juxta ea, quæ hætenus sunt dicta ex verbo DEI. Unde Autor male argumentatur à libertate philosophandi, ad libertatem credendi p. 7. *Ja da man in anderen Wissenschaften/ als in der Philosophie eine Electionem duldet/ warum wolte man in Religions- Sachen/ als die vielmehr zu sagen haben/ jemand seine Freyheit abschneiden.* Quemadmodum enim objectum religionis altius ascendit, ex solo revelationis lumine cognoscitur & scitur, adeoque creditu necessarium est, siue velis, siue nolis; & ita quidem cognoscendum est, ut certus sis ex verbo DEI, hoc DEUM dixisse & juxta DEI verbum, verum esse; ita philosophica quædam libertas hic locum habere nequit, in qua & problematice disputantur plurima, tum in practicis, tum in theoreticis disciplinis, in quibus conclusiones, quanto magis à primis principiis recedunt, tanto obscuriores sunt, quin & ipsa principia prima theoretica, impossibile est idem simul esse & non esse & c. quamvis negari non debeant, si quis tamen negaverit, ideo pernam damnationis non incurrit; quod secundum libertatem recentiorum philosophandi adeo certum est, ut quasi pro primo principio & fundamento libertatis philosophicæ habeatur, dubitandum esse de omnibus, ut taceam electionem in Philosophia etiam semper talem tantum admittendam, quæ rebus sacris nullum vel præjunctum, vel periculum creet. Quis vero hanc libertatem in rebus sacris feret? ubi eorum quæ ad salutem sunt necessaria, non tantum negatio, sed & ignorantia damnationem infert: in quibus est una tantum fides: quis dubitationem hic admiserit? ubi quicquid non est ex fide peccatum est. Rom. 14, 23. Igitur Religio ista Eclectica, cum à Deo nullibi præcepta; sed iis modis instituenda sit probatio, ut soli verbo mens adhæreat; Paulus etiam in loco nostro, eam nec commendavit, neque fundamenta ejusdem jecit.

Exposito hætenus & vindicato dicto Paulino 1. Thess. 5. deductisque porismatibus, è quibus judicium jam formate futurum poterit eruditus Lector, Libellum ipsum ea qua fieri poterit brevitate examinabimus. Repetit ergo præfatio titulum, *de Religione Prudentum*, qui speciosus est, & ideo excogitatus ut hominibus seculi tanto facilius arideat, & hoc colore jam ante

te damnatos errores antiquos tegat. Hæc enim Religio Prudentum nihil aliud quam Syncretismus est, isq; vel *universalissimus*, qui est ipse ille delineatus c. 3. vel *universalior* descriptus c. 4. vel *specialior* de quo c. 5. Autor dictus egit. Cum itaq; Autor dictus dubio procul nosset, quã invisum Syncretismi nomen esset illis, qui religionum Chaos improbant; abjecto nomine, rem ipsam retinere aliisq; titulis condecorare laboravit. An vero in hoc *sinceris* nomen meritis sit, vel ex hoc ipso lectori facile erit judicare. Opinioneim quidem hanc suam sibi relinqui cupit Autor, neq; ipsi nisi veritate extorquebit quisquam, quam si admiserit, non dubito, quin quam in vulgus emisit sententiam genio seculi congruam, amore veritatis cælestis sponte sit depositurus. Autoritatem quidem in rebus fidei præter divinam non desideramus, sed neque nos latet plures antehac extitisse, quibus commodior vivendi ratio inter mundanos homines visa est, sublato illo discrimine religionum, unicuique suam relinquere credendi libertatem, dummodo externis operibus statum publicum non turbet, aded ut & abolendas omnes confessiones judicavit inter Eclecticos Antesignanus *Jacobus Aconius* in libris octo de *stragematibus Satanae* præsertim l. 7. p. 315. ubi ita suam mentem aperit, *Meo quidem iudicio nihil præstaret, quam uno accurate concinnato Symbolo confessiones alias abolere omnes*, Symbolum vero quod ipsi placet, dimisso etiam Symbolo Apostolico, ita certe p. 323. comparatum est, ut nulla in Europa Secta existat, quæ non possit illo ipso errores suos tegere, & recepto Symbolo isto verus Christianus veræque Ecclesiæ membrum haberi, si quidem Symbolum illud verum Christianum à falso distinguat; ut taceam alios, de quibus forte ad c. 5. nonnulla erunt monenda. Quando autem de libertate ista sermo est, quam sibi concedi postulat, non quæro, quid princeps possit aut debeat hic facere? hoc enim ut ut decidi rectè possit, requirit exactam reipublicæ legumq; cognitionem, de quibus judicare uti nostrum non est, ita nec libertatem judicandi nobis sumimus; sed hoc nos agimus, ut examinemus, an Conscientiæ satisfaciatur talis libertas religionum? cura religio ita voluntati & verbo DEI alligata sit, ut religionem DEI esse, sine vinculo & DEI mandato, seipsum destruat manifeste; de quo jam ulterius.

Hoc cap  
dem, u  
quædar  
ui patamus,  
sterneret Religi  
quidem genera  
idem, si quis al  
vix: Et hoc q  
modestum & vol  
mea sentiendum  
in templum &c  
mii quidem co  
qua b. Gerhard.  
Opandum ut u  
illud quidem, n  
negamus, com  
terna; quanqu  
contenta, aliqui  
& non illud. I  
b. Gerhard. T. 6  
tur dictum, dig  
ni II. Imperat. i  
de: Wahrheit nich  
Nations Sach  
und gerichtet we  
quod solus DE  
tum in religion  
publica vivant.  
habent: At qu  
Stambien von  
Schrift su the  
sige an 1790 p. 1